



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

6 Nu[n]quid mons pietatis vsurarius sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

teneretur earum custodire pudorem, non debuit illa via peiori malo oblatre. Nam iam dictum est, neque minimum tibi peccatum licere ad euitandum in altero grauissimum. Secus, si consulendo dixisset, sunt in vrbe virgines fœminæ, quibus vestram potestis libidinem offerre. Qua propter excusatio quam ei prætexit hic Caiet. dicens quod tantum ex posuit materiam minoris mali, dupliciter mihi apparet deficiens. Primum quod re veta fuit inductio Aburimini enim inquit eis. Deinde quod neque illa propriarum filiarum expositio eum decebat. Glossa ergo illius loci Genes. 15. quæ August. est. & refertur 14 dist. caa. quod ait non consilio tribuit quod fecit Loth. sed animi perturbationi, quæ partim eius culpam extenuauit. An vero prius excusauerit, perpendendum est secundum scientiam quam homines illius sæculi tenebantur habere. Superest ergo tandem ad argumenta partis negatiuæ principalis quæstionis respondere. Et quidem primi solutio satis ex superioribus liquet. Negatur enim cum qui sub vsuris mutuum accipit, vsurario consentire, tantum abest, vt causam illi, vel occasionem peccandi porrigat. Etenim cum ipse sit paratus facere, minime eum petens mouet, vt modo de consulente minus malum dicemus. Atque adeo ipse est, qui scâdalum dat, secus si paratus non esset. Ad secundum vero eo pacto respondetur, quo superius de illis dictum est, qui commercia cum vsurarijs ineunt. Si vsurarius inquam nullam aliam crederetur habere substantiam huius mundi, quam vsuris acquisitam, profecto nemini liceret pecuniam suam apud illum deponere, nam perinde tunc esset ac si tuum esset propositum, vt tuam quoque pecuniam sœnori daret, quod quidem propositum, iniquum est. Si vero copiosorem pecuniam habet, licet tibi sana mente tuâ apud illum custodiendam deponere.

ARTICVLVS VI.

Vtrum mons pietatis, vsurarius sit.

Hic quæstioni adhibendum articulum duxerim de Monte pietatis, qui sub forma mutui vsuræ labem contrahere videtur. Dicitur enim mons pietatis cumulatius ætis a certius, qui subleuâdis per mu-

tuum miserijs pauperum destinatur, ea tamen lege vt mutuatarius quisq. exiguum pecuniam in singulos menses conferat, nõ quidem, vt aiunt, ratione mutui, sed veluti stipendium ministrorum, qui ad seruanda excutiendaque pignora, habendasque rationes dati & accepti deputantur. Cum ergo in mutuo pietas inest, quæritur vtrum ab illo collato stipendio vsuræ macula inficiatur? Et arguitur a parte negatiua. Si quid piam hic committeretur vsurariæ iniquitatis, maxime inde quod mutuatarij aliquid vsuræ sortem erogant, id autem nõ faciunt ratione mutui sed ad alendos ministros eidem negotio necessarios, ergo procul hinc abest vsuræ peruersitas. Probatur minor. Equum est, vt illud avarium ab illis, quorum interest, seruetur incolu-me, interest autem pauperum, nam diuitis, qui illud erogauit, nihil refert postquam iam tali misericordix illud mancipauit. Neque refert reipublicæ, vtpote cui nihil inde accrescit. Solis ergo pauperibus, quorum commodo depositum est incumbit illud custodire. Neutiquam autem in custodia esse posset, nisi sub pignorum fide mutuetur, atque adeo ad eisdem negotio ministris, qui pignora seruarent, & post moram venundarent, rationeque singulorum bona fide retineret, ergo pauperum munus est tales ministros suis symbollis sustentare, atque adeo illic omnis vsuræ cauetur, in contrarium est quod reddere tantum in singulos menses, ac perinde tantum plus, quanto plus temporis prolatatur solutio mutui, atque id ad reddendam tantam mutuatam pecuniam, qua certe cautela mutantis negotium agitur, quâdam habet effigiem vsuræ. Institutum hoc montis pietatis in Italia centum hinc annis ortum est. Nam Pius I. primus eius refertur approbator. Et postea a Lateranen. Concilio sub Leone X. iterum fuit receptus, cuius vtique extat approbationis Bulla. At quoniam, vt Caieta. eiusdem sanctæ ecclesiæ Cardinalis, qui vt 2.2. q. 1. art. 10. refert, eidem interfuit concilio, in Opusculo huius rei singulari cõmémorat, non cuncta eiusdem montis capitula fuerunt per eandem bullâ approbata, sed quatenus sacris canonibus nõ essent contraria, nulla irrogat iniuria eidem apostolicæ sedi si de eadẽ môtis rone controuersetur, eo præsertim q. Papa & concilium, in quibus auctoritas refert

Primo argu. a parte negatiua.

Institutio montis pietatis. Pius I. Concil. Lateran. Caieta.

Aspat. Qual. et Loth. in exc. sedus. Primu. argum. p. conc. pal. Ad scia. dum. Quid. mens pietatis.

det summa condendi tum fidei articulos, tum & morum leges, non curant falcem suam mittere ad definiendas tanquam de fide philosophiæ disputationes, quæ non ex sacra scriptura, sed ex nuda philosophia elicuntur, qualis illa est quæ instituitur ad examinandum quisnam contractus sit usurarius, quis vero ab hoc crimine liber. Hoc enim non ex sacra scriptura colligitur, unde suas veritates elicit sancta Sedes, sed ex mediâ meraque natura rerum. Aliud denique est prohibere usuras sub his aut alijs censuris, quod cum non solum ex morali philosophia, sed ex sacra scriptura colligitur, proprium est Apostoli cum munus, aliud vero examinare quisnam contractus sit usurarius, quod permittit ex sola natura rerum perpendi. Et ideo licet in eadē Bulla sententiâ excommunicationis in eos feratur qui contra vel prædicauerint, vel disputauerint, debet illa tamen intelligi cum eadem clausula scilicet si impugnaverint capitula, quæ sacris canonibus nõ fuerint contraria. Alias Caieta. fuisse damnatus, qui tamen cum tempore Leonis opusculum edidit, quo monie non probavit, minime fuit reprehensus. Cum hac ergo quam facimus protestatione, quod decretis vel concilij quatenus fuerit receptum (quoniam neque omnia acta illius Lateranensis recepta sunt) vel sanctæ sedis, nullatenus volumus contraire, sed eisdem sanctissime obedire, paratissimi retractare quod quid ecclesia catholica iusserit, nihil aliud quam operæ precium arbitror explicare rationes quæ eundem montem oppugnare videntur ac post subiicere quæ ratio ne eadem apostolica bulla sit interpretanda. Igitur mons pietatis multis potest modis congeri. Primo, si qui habet substantiam huius mundi, commiseratione ductus alicui vrbis aut reipublicæ auri pondus tribuit non quidem simpliciter in eius id transferendo dominium, sed huic mutationis usui dedicando. Secundo, si reipublica vel ex publico arario id tali vrbis seponat, vel civium contributione conficiat. Nam quantum ad rem attinet præsentem, nihil refert neque vero interest, pondusne auri sit, an frumenti copia, rerumve aliarum vrbis consumptibiliū. Capitula autem mortis sunt, primum, ut non mutuo detur pecunia aut frumentum nisi in tempus certum, puta in annum. Alias in rem communem non

cederet, sed apud paucos totum occuparetur. Rursus neque decet absque pignortitia cautione montem dispensare. Alioqui, cum mutuatarij pauperes esse debent, sepius contingeret ut soluendo non essent, quæ utique dissipatione breui mons in nihilum abiret. Quis propter neque pignora ultra prefixum tempus seruanda sunt, sed illico sub hasta exponenda, ut cumulus reficiatur. His præhabitis radix huius disputationis, vna quidem est, sed tamē quæ diuersè intellecta diuersas parit opinioniones. Radix inquam est quod ille cuius interest capitale illam suam pecuniæ seruare incolumem, debet suis impensis ministros sustentare. Sunt autem qui credunt pauperum interesse ideoque immune ab usuræ vitio arbitrantur contributionem ab illis fieri, utpote quæ alendis ministris necessaria est. Alij vero quo tum est Caiet. putant hoc non interesse mutuatariorum, sed mutuantis, cuius ideo onus esse debet suos sustentare ministros atque adeo quidquid ultra sortem recipit, extorquere a ratione mutui, seu ratione dilate solutionis. Atque in hanc sententiam nostra conclusio inclinat. Arbitror inquam eiusmodi ratione montis neuiquam ab usuræ sortibus elui posse. Et quo huius sententiæ veritas innotescat, hoc primum omnium vramur exemplo, quod esse existimo omnium regulam. Arguitur inquam. Si quis dices, ac misericors homo decreuisset cuiuscumque petenti a se, euangelio auscultans mutare non tamen nisi suscepto pignore & usure ad certum tempus secundum iura Montis pietatis, nequaquam posset quidpiam ultra sortem recipere, ergo neque illa quæ vocat Montis cõitatie, id licite potest. Demõstramus prius an ecedēs, ut inde ad illationem descendamus. Homo huiusmodi mutuator si pignus recipit, hoc non facit ad utilitatē mutuatarij, sed in suâ propriâ, ut turā sibi faciat solutionē pecuniæ suæ, ergo quidē custodiat pignus, sua interest, non mutuatarij. Nam mutuatarij mallet ipse retinere. Sed quia mutuator aliter non vult pecuniā suam credere, pignus recipit, atque adeo ratione eiusdem acceptationis fit debitor id reddēdi pignus. Idque adeo non solum ut depositarius. Nam hic quia non in suâ sed in depositantis utilitatē depositum seruandum recipit, nõ tenetur ratione acceptationis, vel lib. 4. sub tit. restitutionis dictum est. Ob idque si citra

Mõs pietatis.

Capitula mortis pietatis.

si citra suam grauem culpam depositum perdat, non tenetur illud restituere. At vero qui pignus recipit cogitur ratione acceptionis, ob idq; licet minori culpa illud perdat, nihilominus restitutionis laqueum tenetur. Dixerim minori culpa, quia si nulla sua culpa dispareat, liber manet. Apparet. n. hoc loco Caiet. falsus qui tantum interuallum inter pignus & depositum iecerit, ut patet eum qui pignus recipit perinde teneratione acceptionis restituere, ac si mutuo vel furto receperet, atq; ideo etiã si abiq; vlla sua culpa pignus pereat, manere semper restitutionis tunc ligatum, cum sit in ista differentia. Nam qui mutuum recipit, eius dominium acquirit. Quare quolibet perdat, sibi perit dominium autem pignoris manet apud debitorem, sicuti dominium depositi apud depositorem. Quocirca eide perit debitori, ut patet expressa lege, pignus, de pigno. act. Nisi aliqua culpa creditoris perierit, ut colligitur l. quæstus, ff. de ditrad. pig. Ad nostrum ergo propositum satis est quod creditori incumbit custodia pignoris. Quod si arguas. Beneficium mutuarii in utilitatem credit eorum, qui mutuum accipiunt, mutuator autem habet se incolumem seruare, ergo id potest aliorum sumptibus facere. Iam supra prodita est fallacia huius argumentationis. Beneficium enim mutui dicitur gratis conferri, & ideo qui mutuat, recipere onera debet, quæ sunt mutationis annexa, puta seruare pignus & reddere, alias non mutuet. Hoc quidem verum est quod ubi pignus tale sit, quod possit tinea corrodi, vel vestis, vel alia ratione perire, ut pote si est res pretiosissima ac subinde custoditu periculosissima debet mutuanus protestatione mutuatarium admonere, ut suo periculo pereat. Quod si voluerit pignus curari, suis fiat expensis. Est quippe accidentarium quod pignus illius sit nature. Et pari ratione si mutuator suam credere pecuniam reuocat antequam mutuatarius publico se obliget instrumento, illud quidem dei expensis eundem mutuatarij a tabellione confici. Nam mutuator nisi fidem perit, quã alter tenetur dispendio tuo exhibere. Atq; hinc sumitur nouum contra Mon. e argumentum. Nepe quod hoc quod quibusdã pignorb. accidentarium & peculiare est, non debet in legem duci ut quicumque mutuatarius ratione cuiusque seruanda pignoris stipendium soluat. Quod

autem de mutuatarij pecunia peculiaris domini censetur, constat & de illa existimandum cuius respublico dominium habet, nempe quod eius est cure, eam tuto seruare. Sed tamen arguis. Esto ita res habet dum mons certum habet dominium, secus tamen in monte pietatis. Est enim ratio longe diuersa. Quare illatio supra facta, nulla est. Cumulus siquidem huiusmodi nullum habet præter mutuatarios proprium dominium, nam diues qui illum consulit, dominium a se eius abdicauit. Quare sua iam non refert eandem custodire. Neque vero respublica, siue ut aiunt, communis eundem tenetur seruare montem, quoniam nihil ei inde emolumentum obtinet, neque vero dominium eius habet. Fac enim montem illum non esse congestum subsidij ciuium, neque ex arario publico, sed a diuite in illos usus donatum, qui vel respublica vel certis personis meram administrationem commiserit. Cum ergo nullus sit alius dominus, consequens fit ut mutuatarij custodia eiusdem ararij incumbat. Ecce argumentum contrariæ sententiæ, quod eius patronos seducit, si non contraria nos ratio falsos habet. Probatur ergo eodem relabi illam pecuniam domino alio carere, ac si certum haberet, illa namque tunc pecunia mutationi expofita, non est pauperum qui mutuum recipiunt. Parentissimum enim est nunquam in eorum dominium venisse neq; illa ratione ventum ire, sed perinde sunt mere mutuatarij ac si illa pecunia alium haberet dominium, ergo non magis ad illos pertinere illam seruare, quam si esset vel particularis personæ vel reip. Ex hoc igitur capite sumitur argumentum. Mutuatarij non tenentur illam seruare, ergo idem est prorsus iudicium illius stipendij quod vltra fontem tunc soluant, quod esset si eadem pecunia, esset particularis personæ, tunc autem iam ostensum est non esse licitum illud extorquere stipendium, ergo neque ubi nuda administratione existit apud rempublicam. Sed quæris, quis ergo tenetur illam custodire? Respondetur. Si nullum alium habet dominium, illa seipsam. Itaque nullum est remedium, quam quod expensæ ex eadem capituli pecunia subtrahantur. Sed Replica pressus arguis. Tandem ergo exhaurietur? Fateor quidem ingenue. Et hoc est quod fautores alterius opinionis decepit. Solutio.

Obiectio aduersariorum

Solutio præteritæ obiectiois.

Argumentum ad idem.

Questio Solutio

Replica Solutio

Ex

Ex quo sequitur, quod quicumque tale momentum de sua substantia erigere cogitauerit, si voluerit fore perpetuum, debet stipendia statuere, quibus sustentetur, vel rempublicam obligare, ut montem sustentet, alioquin mons seipsum mutuando consumet. Sed contra. Mons ille tunc in perniciem tantum miserorum peribit, qui inde mutuabatur, ergo eorum referebat illum suis expensis seruare. Negatur consequentia. Similiter pro bareis pauperibus incumbere suis expensis seruare diuitias hominis misericordis, qui mutuata pecunia praesidio ipsis esse solet. Operas. n. eiusdem ministrorum ideo conferri in fauorem fieri pauperum quod ipsi mutationis beneficia suscipiunt, atque hac ratione eos obligare, ut illa contributione alant ministros, tam monstratum est quam sit fallax argumentum. Pari ratione, multas alias viuas defensares. Enimvero quotquot egestate coacti mutuū sub fenore recipiunt, fauorabili beneficio potiuntur. Igitur ut iterum dicam cum mutatio gratuita sit facienda, non debet pensari in cuius fauorem opere cedant ministrorum Montis ex eo quod mutuum recipere, beneficium sit pauperum, sed mutatione supposita speculari oportet, cuiusnam referat pecuniam seruare tutam.

Confirmatio superiorum rationum. Postremū arg.

Quando vero mutuarius est in mora soluendi, liquidum sit suis expensis, ac dispendio vendenda fore pignora. Confirmant hanc nostram sententiam exempla ciuitatum quarundam Italiae, puta Mediolani & Brixiae, & aliarum, ut Caiet. refert, & nos illic audiuius, in quibus publico stipendio sustentantur. Montis ministri. Vnum tamen argumentum superest, quod videtur contrariae sententiae suffragari. Nam etsi pro mutationis beneficio nihil possit ultra fortem recipi, tamē mutuandi obligatio, ut supra asseruimus, digna est pretio. Potest quis inquam stipendium suscipere, ut sit mutuae obligatus. Cum igitur Mons ille tali sit vinculo astrictus, licite a mutuarius aliquid pro illa obligatione exigitur? Respondetur in hoc nullum apparere vsuram vitium, dummodo hac solum de causa tenuissima esset exactio & procuratio pignorum, & pro scriptis rationibus dati, & accepti, & pro alio id genus operis nihil exigeretur.

Responso.

Ad argumentum principalem.

Et per haec ad argumentum in principio quaestionis obiectum patet responsio. Ne-

gatur inquam tales contributiones non fieri ratione mutui, nisi hac forte tantum de causa fiant, quam modo adieciimus. Ac perinde Bulla Concilij tres permittit solutiones. Prima est (ut cum debita obedientia, ac reuerentia id dicamus) non omnia acta illius concilij more, & vsu esse recepta. Nam illud Sessionis nonae quod fuit inter praecipua, nempe quod non perfoluentes diuinum officium fructus sacerdotiorum pro rata restitueretur, & post sex menses sacerdotijs priuarentur, nondum plane scitur an fuerit vsu seruatum, quamuis ego, quia iuri diuino quam proximum est, non audeo omnino contra consulere. Secunda solutio est, quam supra dedimus. Videlicet, quod excommunicatio non fertur nisi cum illo moderamine, ut dispensatio cohiberetur. Contra capitula, quatenus sacris canonibus ac naturali rationi non sunt aduersa. Nam simpliciter non fuit illic articulus fidei constitutus. Sed rogas. Nunquid non esset ecclesiae conducens, ut casus omnes, de quibus dimittatur, sine vsurarij, ecclesiae auctoritate, definitur? Apparet enim hoc ad salutem animarum necessarium. Respondetur minime id expedire, ut tanquam de fide definitur, si tales sunt, qui non nisi extrema philosophia perpendi debeant, quoniam Spiritus sanctus non curat ecclesiae nisi scripturam sacram exponere, & leges necessarias sancire. Et quando sunt opiniones probabiles inter graues doctores, utranque sequaris, in tuo habes, conscientiam. Secus de immortalitate animae, ac similibus veritatibus, quae licet inter philosophos disputentur, nihilominus in sacris habentur vel inde colliguntur. Tertia vero demum solutio est, quod pessimo quam Bulla in monte pietatis approbat, sit illa tantum, quae soluitur ratione obligationis ad mutuandam, atque haec dicit cedere in ministrorum sustentationem. Aliae vero montium species, quae in vsu esse video, longe parentius vitium suum produunt. Soler enim potissimum inter rusticanos aggeri copia frumenti, quae egentibus mutuo distribuitur sine pignore & sine alijs negotijs quae ministro rum operis egent, illo nihilominus tributū onere, ut messis tempore duodecimam partem mensurae supereroget, nempe octo pro diolum in fanecas singulas, quod profecto non

non video quomodo defendi possit. Nisi omnes indiscriminatim oppidani & mutuum susciperent & quasi gratuitum spontaneumque tributum per capita illud soluerent. Nam si non ab omnibus, sed ab illis tantum, qui mutuo egent contradatur, palam extorquetur ratioe mutui.

QVÆSTIO II.

DE GENERALI RATIONE CONTRACTUS EMPTIONIS & VENDITIONIS.

ARTICVLVS I.

Utum contractus emptioni & venditionis sit Reipub. necessarius.

Dvo supra capita statuimus, quibus humani contractus deprauantur, videlicet aut id vendere, quod nullius est pretij, aut quod pretiosum est, plus iusto distrahere.

De priori vitio sub vitæ nomine quæstio ne precedenti disputatum est, conuenitur ergo ut de posteriori disputacionem prosequamur, quæ quidem disputatio de contractibus interibitur. Et quoniam omnium primus atque aliorum index est contractus emptionis & venditionis, quæstio hæc secunda instituitur de generali ratione huiusmodi contractus, atque adeo primus articulus, an sit necessarius reipublicæ.

Arguitur enim a parte negatiua. Quantum vita humana simplicius ac sincerius traheretur, tanto quietius viueretur ac felicius, sed si solum esset rerum cambium, ut videlicet res non numismate distraherentur, sed pro rebus commutarentur alijs, quietior esset mortalium vita, & a tumultibus trucidior, quos negotiationum turbulencia secum affert, ergo contractus emptionis tollendus de medio esset humanæ reipublicæ. Secundum arguitur. Secula multa, ut s. Eth. & 1. Poli. ca. 6. auctor est Aristot. absque numerorum vsu transferunt. Et Plinius lib 37. c. 3. ait. Seruim Romanorum regem primum sinasse as nota pecudum, vnde pecunia dicta est, & postea fuisse si-

gnatum argentum, anno vrbs 585. & longe post aurum. Et lib. 7. c. 56. ait. Liberum patrem instituisse, emere, ac vendere, illis autem seculis felicior agebatur vita, atque a fraudibus ac sollicitudinibus incolumior quam modo nobis per istas negotiationes agere licet, ergo perniciosus est iste contractus, tantum abest ut sit necessarius. In contrarium est idem Arist. loco citato, ubi ait necessitatem humanæ vitæ numi fuisse inuentricem, qui esset velut mensura & norma æquitaris rerum. Id quod & Iuricon-sultus l. 1. ff. de contrahen. emptio. diserte retulit.

Aristot.

Igitur quo quæstionem a genere ipso auspicemur, prima nostra conclusio sit. Contractus est actio inter duos & ex qua vtrinque obligatio nascitur. Sic enim Vlpianus ait l. Labeo. ff. de verb. ac rerum significatiua. Contractus est vtro utroque obligatio, quod Græci ἀντιπραγμα vacant, hoc est confectum, quando videlicet quidpiam ego causa tui, tu vero causa mei, ac cepta dataque vtrinque fide confidimus, ac ratum habemus. Quapropter prædictio illa contractus, est obligatio (ut sic loquamur) non est identica, sed causalis, illud exhibens sensum, quem nos in nostra conclusionem explicuimus, ut quia stato pretio paciscimur, me tibi merces aditutum te vero mihi idem pretium, mutua emergit ex venditione obligatio. Atqui hinc fit ut stricto nomine nullum pactum dicatur contractus, nisi ex quo vtrinque oritur obligatio. Quæ sunt, do ut des, facio, ut facias, do, ut facias, facio, ut des, quæ quatuor connumerantur l. natura. ff. de præscriptis verb. Quemadmodum in matrimonio, inque uenditione, mutatione, &

Prima conclusio.

Stricto nomine nullum pactum contractus dicitur.

id genus reliquis. Contractus namque omnibus, si de suo nomine rem perpendas, actus iustitiæ est, utranque colligantis partem. Laxant tamen alij latius nomen usque ad illas actiones ex quibus ex altera tantum parte oritur vinculum, ueluti est donatio, & simplex promissio. Et ideo Bald quem Sylue. citat in uerbo, contractus. & Contra. sequitur. qu. 16. distinguit de nomine contractus, quod accipiat proprie, quando obligatio oritur ex utraque parte, & improprie, pro eo ex quo oritur tantum ex altera parte, & improprijssime, quando ex neutra nascitur. Sed re uera abusive iusta acceptiones ab usu essent abigendæ. Soto, de iust. & iure. N n Hoc

Baldus. Sylue. Contra. Aristot.

Primus argu. a parte negatiua. Socialis Aristot. Plinius.